temporum qualitati, sed ipse eum gubernat gratia; & ideo non
senescit nec contrahitur, & multis inpugnantibus non oppri
mitur. quanti ab initio inpugnarunt ecclesiam cum fidei se
mina iacerentur, & arma contra eum commota sunt, sed quan
tum inpugnabatur tanto clarior reddebatur; Sed nunc qui
dem propter dei gratiam, & reges & duces & milites, & uniuer
sus orbis fide repletus est. Etiam in principio & ut ita dicam
in cunabulis aecclesiae reges fuerunt impii duces insani populus
seditioni deditus, & dicta iudeorum ubique dabantur. arae
incendebant daemonibus fumus, & odor pessimus ipsi inma
culabat aerem, terra quoinquinabatur sanguine, daemo
nes debacchabantur. diabulus dominabatur. pater abdica
bat filium, filius inhonorabat patrem. Natura quidem scin
debatur, sed pietas non diuidebatur. Ubi sunt nunc qui aude
bant ecclesiae contraire, quando nouella erat in nullo po
tuit ledi, & nunc quando usque ad caelum peruenit aestimas eam
posse superari. & tunc quidem cum undecim essent apostoli
nullus eos superari potuit, sed pauci homines totum ceperunt
mundum, & nunc quando terra & mare & orbis terrarum,
& inhabitabiles regiones & ciuitates & omnes fines terrae pietate
repleta sunt, putas eam te posse tenere, sed non poteris; xps
enim propterea passurus est ut portae inferi non praeualebunt ad
uersus eam. facilius caelum exterminari potest & terra pe
rire quam aliquid mali pati ecclesiam; quis est qui haec dicit?
ipse xps loquitur. Caelum & terra transibunt uerba autem
mea non transibunt. Bene uerbum dei ipso caelo ualidius
est quia caelum opus uerbi est. Dixit quippe dns fiat caelum
& uerbum in opus apparuit. currebat natura & nemo im
pediebat, quia natura dni imperabat, qui & facere & inmu
tare potest; Ego eam aedificaui qui caelum statui; sed propt

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0150